

05

A

898

סְבִיבָה וְעַמְּדָה!

XXXVII

צְלָחַ חֲחֵילָה
i. e.

ARBOR VITÆ, ex Gen. II. 9. & III. 22.

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Præcellentissimi, Præclarissimi atque Doctissimi
DN. M. HIERONYMI BOCCII,

Erfurt. Facult. Philos. Adjunct.

dignissimi,

Fautoris, Studiorumque suorum Promotoris
maximi

ab

AUTORE & RESPONDENTE

JOHANNE GEORGIO Englern |

Zittâ Lusat.

Philologicè delineata
Publicæque; eruditorum ventilationi
submissa

In Auditorio Majori,

D. XXVII. Sept. Anno MDC LXXIX.

Hor. antemeridian.

WITTENBERGÆ,

TYPOIS JOHANNIS WILCKII.



05 A R98

J. J.
DISSERTATIONIS
DE ARBORE VITÆ
PROOEMIUM.

Eographis notæ sunt Insulæ aliquæ apud litus Africanum, quas Veteres dixerunt *Fortunatas*, nostri appellant *Canarias*; in his dicitur esse una, nomine *Ferro*, quæ caret aqua & solum habet aridum. Huic vero male providit Deus arbore aliquâ, quam perpetuò circumdat nubecula, ejusq; ita humectat folia, ut ex iis liqvor destillans limpidissimus ab incolis vasis suppositis exceptus & homini & pecori sienti sufficiat. Nobilior fuit *Arbor vitæ*, quâ Protoplasti in Paradiso nisi lapsi fuissent, uti potuissent. Hæc enim ita confortare homines poterat, ut non mori, sed perpetuò vivere potuissent, si fructum ejus suscepissent. De quâ plura dicturi hæc vice constituimus, Deus addat robur & pondus! sit ergo

§ I. Arbor vitæ omnium optimè cognoscitur ex Genes. 2. v. 9. It. cap. III. v. 22. Ibi enim velut in sede propriâ quoad veritatem Historicam & sensum literalem ratione nominis, naturæ & effectus nobis describitur. Quanquam ea non negligi debeant, quæ Metaphoricam habent significationem, quâ ad Arborem vitæ Christum Jesum tanquam ad antitypum rectissimè accommodatur. Nos tamen ex Philologicæ sacræ Principiis nudam historiæ sacræ veritatem hæc vice scrutabimur.

II. Nomen in S. Lingva obtinet **אֶלְעָזָר** qvod à qui-
busdam redditur arbor vitarum, qvia multiplicem vitam mul-
tis conferre, aut in eadem eos conservare debuerit. Sed id no-
men **סִינְגָּוָרִיָּה** Singulari Numero apud Ebræos destituitur, ut adeò
opus non sit apud Latinos id Plurali Numero efferre, cum ibi
Singularis nobis præsto sit. Multo minus ipsa res admittit,
cum non nisi ad animalis vitæ continuationem arbor ista con-
ferre ex divina institutione debuerit. Coeterum alias **לְבָנָה** qvam
cunq; arborem, & per metonymiam causæ qvodcunq; colle-
ctum ex arbore lignum de notat; Hic verò per vocem **אַלְעָזָר**
ad speciem arboris planè peculiarem, sive ut Philosophi loqui
amant, ad Individuum arboris certum refertur, qvod peculiari
loco in Paradiso in singularem usum DEus tertio mundi die
condiderat. Deducitur **לְבָנָה** à Radice apud Ebræos hodiè inu-
sitata, pones Arabes tamen adhuc superstite **لَبَّانَة**, dura fuit
radix. Altera vox **אַלְעָזָר** descendit à **לְבָנָה**. Vixit, non à **לְבָנָה** qvam
Radicem Elias Hutterus confinxit: Cum nulla apud Ebræos
Radix unqvam in Jod desinat.

III. Tribuitura. Arbor vitæ in Sacris literis non tan-
tum corpori vegetativo, sed & aliis rebus, ut pote *Sapientia di-
vina* Prov. III. 18. *homini justo*, cap. XI. 30. *rei dudum sperate,*
tandem obtente, cap. XIII. 12. & *lingua bone* cap. XV. 4. Qvibus
in locis veritas historica præsupponitur, & ad nostram vitæ ar-
borem, tanq; rem nobilissimam, jucundissimam, & ob fru-
stus utilissimam alluditur. Accedit, qvod nec summa tan-
tum felicitas in regno gratiæ eā voce denotetur, sed etiam in
regno gloriæ Christum cum omnibus suis beneficiis in cœlesti
gaudio plenè perfruendis nomine Ligni vitæ Apoc. II. 7. & cap.
XXII. 2. multi rectissimè intelligent. In nostro Mosis loco ge-
mino proprietas literæ, tanq; in recensione historica est re-
tinenda, atq; de verè, proprièq; dicta arbore ex voces intelli-
genda.

IV.

IV. Aliis in Scriptura nominibus Arbor ista non describitur. Istud vero nomen satis significans est. Non enim sumitur hoc loco *Subjectivè*, quasi arbor ista tantum viva fuerit, non verò emortua; Qvamvis enim reverà fuit vivacissima: Non enim fuit corruptibilis, vermiculosa & fragilis, Qvomodo enim communicasset vitam longam & incorruptibilem, qvam intra se non continuisset? Multò minus *Aquivocè & Symbolicè* solùm, qvod nomen vitæ quidem habuerit, rem ipsam tamen non habuerit, nec in aliis eam conservare potuerit, sed signum vitæ humanæ per Deum ~~et utrōcūq;~~ conservandæ fuerit: Qvod qvorundam Pontificiorum atq; Calvinianorum assertum infra in recensione effectus nobis erit tangendum. Veruntamen nobis non tantum *Significativè*, sed & *Effectivè* arbor vitæ i. e. vivifica dicitur, uti Christus בָּשָׁרֶשׁ Esa. IX. 6. Princeps pacis i. e. Pacificus, pacem hominum cum Deo efficiens, promerens ac conservans dicitur. Ita ipsa vox Vitæ adhibetur Johan. VI. 6g. Sermones Christi sunt verba vitæ æternæ, sunt efficax medium ad vitam æternū duraturam perveniendi. Similiter Justificatio Rom. V. 18. idem, atq; Justificatio, qvæ vitam ex & in Deo operatur, Placet ergò hic verba apponere D. Augustini lib. XIII. de civ. Dei, cap. XX. Corpora primorum hominum licet senio non veterascerent, ut necessitate perducerentur ad mortem, qui status eis de ligno vita, qvod in medio Paradisi erat preparabatur &c. Et paulò post: De ligno vite propterea gustabatur, ne mors eis undecung̃ surreperet, vel senectute confecti, decursis temporum spaciis interirent.

V. Extra Sacram S. si arborem vitæ queramus, ejus veluti umbram aliquam in cœcâ gentilitate deprehendimus: Ita enim sunt comparatae arbores illæ, semper frugiferæ in Alci-

noi horto, ab Homero aliisq; descriptæ , ut luculenta con-
spiciantur vestigia arborum Paradisiacarum. Hæc autem me-
moriæ prodidit *Homerus*:

Εύθα δὲ οὐδεὶς μάκρος πεφύκει τηλεθόωντα .
Οὐχιναὶ καὶ ροσαὶ, καὶ αὐλέαι αὐλαῖσκεστοι,
Σικαὶ πυλακεστραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωνται.
Τάσσων ἔποτα παρπός διπλάνεται, ἀδέξια πεπλεῖται
Χείμαλος. εἰδὲ θεός επεπτίσθει, αὐλαὶ μάκραι σιεῖ
ΖεΦυρίν πνεύσον τὰ μέδια Φύει, ἀλλα δὲ πιοιει.
Οὐχινέπ' οὐχινή γηραῖσκει, μῆλοι δὲ σινθι μῆλώι,
Αὐτοὶ δὲ θι ταφολῆι εὐφοιτῶ, σῦνοι δὲ θηλίσυνω.
Non perit illarum fructus, semperq; perennans
Æquè byeme, ac æstate manet: Namq; aura Favoni,
Dulci anima adspirans, gignitq; coquitq; vicissim
Nunc hos, nunc illos: Aliiq; subinde recentes
Succedunt, pyra nempe pyris, ac sicubus uvisq;,
Uveq; & fucus, post pomaq; pomæ senescunt.

Hæc annon apertam Mosaicæ Paradisi narrationis imitatio-
nem declarant? rectissimè inquit S. *Justinus Martyr Pare-*
net. Orat. ad gentes.

VI. Hæc ipsa , qvanquam Poëtarum fabulis involuta
sint, aliquid tamen monere, nequaquam verò historicam Mosa-
icæ descriptionis veritatem evertere debent aut possunt : O-
mne enim verum & prius & dignius est falsò ; Et verissima Mo-
sis recensio infinitis parasangis superat confictas Poëtarum fa-
bulas. Evidem & Rabbini more suo Scripturas pervertendi
hic splendidè nugantur, & sublatâ veritate historicâ, nomine
arboris vitæ intelligunt contemplationem æternorum; Ut per
arborem Scientiæ boni & mali, desiderium caducorum. Inde
cum φιλόδος sit πολυχρόνιος novæ nascuntur fabulæ pessimæq; sen-
tentiarum Scripturæ detorsiones: Ut qvando *Pseudo-Zona-*
than in Targum ad Genes. II. 9. inquit:

אַיִל

אלן חיה בצעירות גינזא רותח מחלך אמש מאה שנים;
i.e. Arbor vite in medio horti in altitudine habet iter 500. annos.
Et RABBI JOSEPH cæcus in Paraphrasi Cantic. XIV. 12. de
fluvio Paradisi scribit: נפיק מתחום אילנה ומחפרש
לאربعת רישי נהרין ואלפיו יי' והוא אהים בשטח רבד
וקירשא הוּה נפיק ומכע וטוטן כל עלימא;

Id est: Exiit ex arbore & dispersit se in quatuor precipuos flumi-
nos, & nisi nomine magno & Sancto obsignatus fuisset, exiisset &
inundasset totum Orbem. RABBI itidem MAIMONIDES in More
Nebuchim s. Doctore Perplexorum Parte 2. c. 30. fol. 100. col. 2.

צריך שתרעחו אמרם עץ החיה מחלך חמיש מאה שנה וכל
מי בראשית מתפלזים מטהריו ובאו בו כי הכוונה
בזה השער הוא עובי גוכו לא המשך ענפיו אמרו לא סור
כפו אלא קורתו מהלך המש מאות שנה ובירוש קורתה
עובי עץ העמל וזהת השאלה מהם להשלמת העcin:

i.e. Notatu dignum, quod ajunt, Arboris vite iter est quingento-
rum annorum & omnes aquæ creationis dividuntur sub illa:
eius dicti intentionem esse ajunt loqui de Mensura densitatis cor-
poris s. trunci, non de extensione ramorum ejus. Dicunt enim,
Non finis ramorum, sed Rorato trabis vel trunci ipsius iter est
quingentorum annorum; (nam per Rorato intelligitur crassities
ligni stantis interra) Atq; bac allegoria quoque ab ipsis ad
perfectiorem rei explicationem allata est. Has similes vè fa-
bulas lepidissimas, nullam veri Speciem præ se ferentes, pro-
indeq; refutatione indignas videre licet apud PETRUM GALATI-
NUM de arcana Cathol. verit. lib. VII. c. 10. p. 514. Dolemus tamen
nimio allegorizandi studio à literali sensu in omnia alia abre-
ptum esse ORIGENEM & autoritate suâ plures non suæ tantum,
sed nostræ etiam ætatis homines in societatem erroris pertra-
xisse. Nobis religio est à proprietate literæ citra urgente
necessitatem recedere, adeoq; veram hic arborem ex veris
ejus

eius fructibus & reliquis proprietatibus invictè & ~~austrinatur~~
colligimus; Qvicqvid etiam *Augustinus, Steuchus, Eugubinus* a-
liiq; somniant.

VII. Autorem ejus Deum fuisse nemo in dubium voca-
re potest, per disertam Textūs literam. Ex qvā origine divinā
facilē colligere licet, qvod vis ejus vivifica ab ipso qvoque
Deo profecta fuerit: Aqvo enim habuit naturam, ab illo et-
iam illa proprietas, & ex proprietate resultans dignissima pe-
culiaris operatio descendit. Qvia vero à primā sui origine
semper præsentem atq; inhærentem habuit facultatem, igitur
Subjectivè & Inhesive naturalis dici poterit. Ut ut non errant,
qui Medicam eandem profitentur: Qvandoqvidem & hodie
Artis Medicæ cultores sua à naturalibus præsidia petant. Me-
dica vero fuit, non ad arcendum morbum fortè præsentem,
qui per optimam *euergias* nullus esse poterat: Sine peccato
nulla neq; mors, neq; mortis causa, sive anteambulo morbus.
Qvapropter alteram artis Medicæ operam præstitisset ea ar-
bor, nempe ab omni hodie metuendo nobis morbo præser-
vasset.

VIII. In hominum aut gratiam Arbor ista priūm
producta erat; Hi lātum ejus fruendæ promissum tulerant, hi
jucundissimo ejus intuitu fructi sunt. Negat id qvidem *MENO-*
CHIUS atq; existimat Protoplastos arborem *vitæ* nunquam co-
gnovisse. Sed negat contra expressam Scripturæ S. veritatem.
Gen. 3,22. Cur n. Deus ejecisset eos ex Paradiso, veritus ne fru-
ctus inde peterent, si eam arborem penitus ignorassent Pro-
toplasti? Distingv. proinde fuerit inter Theoreticam tanti bo-
ni contemplationem intellectu oculisq; factam, & inter sensua-
lem per gustum, & experimentalem per comedionem fructu-
um factam adiuctamq; ipso opere cognitionem Practicam:
Illam, uti Protoplasis prompti lubentesq; concedimus; Ita
hanc iisdem ægerrimè, vix ac ne vix qvidem asserimus. Eqvi-
dem

dem AUGUSTINUS *Hipponensium Presul libro de peccatorum merito*, vult, Protoplastos ante lapsum aliquid de istâ arbore gustasse ; Cum absurdum videri posse, noluisse frui permisso Dei munere. Verum id si procederet, sequeretur etiam castissimâ conjugii consuetudine usos in Paradiso, quippe cuius concessio ipsis jam ante concessionem vitæ arboris comedendæ facta erat, nunquam tamen in Paradiso adhibita ; Cœteroquin homines fœcundissimi aliquem sine peccato filium generassent. Sed nec verò prorsus consentaneum, licuisse Protoplasis, quocunq; etiam primo vite, momento fructus inde liberrimè decerpere, & ista ope medicâ semper uti. Frequentiorem & liberiorem usum uti concedimus, ita qvovis tempore factum & continuatum negamus. In defectu autem peccat **BELLARMINUS** asserens Arborem hanc semel tantum, & qvidem imminentem ad alteram vitam translatione gustandam fuisse. Ubi pessime simul innuit Arborem hanc beatæ illius immortalitatis, vietq; in gloria æternæ, veluti remedium qvoddam fuisse. Cum facile è diverso constet, non nisi vitam, qvam vocant, Animalem, conservare potuisse eam arborem, & ex gratuitâ Dei gratiâ beatitudinem coelestem etiam tūm fuisse obtinendam.

IX. Medium in Paradiso locum tenuit & in omne ævum durare debuit, vigore suo pristino nunquam amissò, uti contra Cornelium à Lapide fusiis demonstrat *Magnif. Dom. D. Calorvig, Patronus ac Promotor meus omni observantia aeternum colendus, Comment. in Gen. p. 260.* Ubi circa Paradisum ad hoc notandum, qvod per illum qvidam intelligent universum terrarum orbem; qvidam verò certam tantum ejus partem. Posteriori sententiæ & ego assentior, præsertim, cum Paradiso ejecti primi Parentes nihilominus incolæ globi terreni manserint. In qvâ verò terræ parte fuerit Paradisus, rursus disceptatur inter Autores, ob hanc in primis rationem, qvod fluviorum nomina diversimodè explicantur. Verum nos hac

vice απίχειν ή ἵπιχει, amplectimur, cum partim hæc Controversia directè hue non spectet, partim fortassè peculiaris sese obtulerit occasio & de hâc re qvid conscribendi.

X. Qvæ vero in Specie fuerit Arbor, hoc Scriptura non expresit. HELMONTIUS suspicatur fuisse Cedrum, provocans ad testimonium THEOPHRASTI Lib. 3. Hist. plantarum. Rationes dat has: Cedrum enim (1) esse incorruptibilem, nec vermiculis corredi. (2) Summam Cedridignitatem fuisse in ædificandis templis. (3) Dicit: Se posse ex ligno Cedri cum alcahest præparare liqvorem; atq; hunc, vocat primum ens vitæ & Cedri, nec non oleum longævitatis. Verum nobis ignotus liqvor Alcahest, incognitum qvoque reddit Ens illud Cedri. Alii conjiciunt arborem vitæ fuisse vel Morum vel Juniperum, vel Ficum. Verum puræ sunt conjecturæ. Et hic optimò jure accommodari potest illud, qvod R. ABARBENEL loc. citat. de Arbore scientiæ boni & mali usurpavit:

ען הרעה לא גלהה הקב"ה

אוחו אילן לארם ולא אחד לג לוהו זה אמרת:

h.e. Arborem scientia non-revelavit Deus ulli homini, neq; etiam unquam revelabit; id quod est verissimum. Nos missâ ejus essentiâ, ad qualitates & effectus, qvos Scriptura ipsa exprimit, potius accessum facimus.

XI. Effectus vero hujus vitæ arboris hi potissimum erant: Poterat vitam firmam instaurare, infirmam vero renovare, hoc est; Poterat Calidum in Sangvine confortare, humidum attemperare, excrementa Sangvinis, sive dissipare, sive proventum illorum inhibere, & Sangvinis circulationem perpetuam promovere &c: Qvæ omnia Deus vocabulo immortalitatis exprimit, dum dicit, Genes. 3. v. 22. Ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum &c. Hinc recte R. ABARBENEL, in legem fol. 26. dicit:

75

עַז הַחִוּס לְעָנָן הַהְרוֹטֶל שְׁטוּ בְּכָרְיוֹן

i.e. Lignum vite (pertinebat) ad sanationem & conservationem creaturarum. Et Magnif. Dom. D. CALOVIVS de ecclesiâ nostrâ orthodoxâ Theologus consummatisimus in Bibliis illustr. ad Genes. II. v. 9. dici: Arbor vite naturalis & vera arbor, sed ut diximus, singularis & extraordinaria erat, vim divinitus inditam habens, vitam hominis conservandi, ne infirmitate vel etate interius rueret, quia concessa fuit quidem homini immortalitas, sed non absolute, qualis in alterâ vita futurâ, verum cum usu mediorum ad prorogandam vitam ordinatorum, quale etiam erat eus de fructu arboris vite. Et Magnif. Dom. D. Musæus, Disput. VII. Anti-Sociniana MSC. Quest. IV. not. 12. inquit: Arboris istius fructus manducatus inserviebat ad conservationem temperiei illius Qualitatum elementarium, quam ex creationis dono corpus ejus habebat, & illius usus videtur is fuisse, ut alimentum assumptum eadempuritate, quam prius habuit corpus, in Substantiam corporis converteretur.

XII. Errant ergo CALVINIANI, quorum supra mentio facta, qui dicunt, fuisse hanc arborem Sacramentum, & per consequens secundū eorū hypothesis nudum Symbolum s. Signū immortalitatis. Sic enim POLANUS Syntagmate Theol. lib. VI. c. 50. Arbor vite erat Sacramentum, quo primis Parentibus nostris fructum Arboris istius comedentibus significabatur & obsignabatur immortalitas vite, ipsis à filio Dei continuanda. Nominatur etiam sacramentum immortalitatis, quia immortalitatis erat Symbolum & memoriale iis, quibus ejus fructu refici licebat. Item dicit: Arbor vite non ideo dicta fuit, quod suā virtute & qualitate aliqua insita præstaret hominibus immortalitatem, quam siibi ipsi dare non poterat: Sed quod Adamo & Eve esset Sacramentum & arrabo immortalitatis, ut eam videlicet securè fibe promitterent, quam diu obedientiam legi præstantes ederent ex illius fructu. Videatur it. ipse CALVINUS & RAVANELLUS in Voce Arboris.

Verum quām falsa hæc sint omnia Nostrates Theologi suffici-
cientissime ostenderunt. Meum jam non erit refutare hæc,
Apponam tantum ea, qvæ Magnif. Dn. D. CALOV. in Bibl. Illusfr.
l. c. habet: Arbor vite non est Symbolum vel signum enigmatis, sed
medinæ efficax & iugum vite efficiendæ longeue, valentis
& robustæ, bilaris & letæ ac constantis & perpetuæ, donec Deo
placuisse hominem trans ferre in alteram viam, sine virium de-
fectu mortisq; interventu, & ē ψυχuō facere πνευμatiōnē. Confer
h. l. JOH. HENRICUM URΣINUM in Arboreto Bibl. Cap. XLV. p. 589.

XIII. Nunc de inhibitione hujus arboris aliquid dicendum. Extat Gen. III. 22. Nunc ergo ne forte edat m. de arbore
vitæ: Ubi notant Philologi, qvod illa inhibitio & ejectio ex Pa-
radiso non fuerit iugis & poena, sed iugis & medicina, uti
bellè vocat THEODORETUS. CHRYSOSTOMUS qvoque appellat misericordiam, qvod nimirum miseriis & calamitatibus lapsum sub-
secutis terminum finemq; ponit satius erat, qvām ut æternā in-
felicitate infelix esset æternitas, qvod si enim ex arbore ista ho-
mo comedisset, in suis calamitatibus æternū vixisset: Nove-
rat Deus, inquit D. LYSERUS, p. 337. H. ingenium ipsius melius,
qvām ipse & sciebat ipsum paulò post ita affectum iri, ut plus
sit curaturus, qvomodo liber evadat ab externis pœnis, qvām
ab ira DEI, & qvomodo externè benè vivat, qvām qvomodo
coram Deo justificetur. Itaq; si posset evitare mortem & mun-
danæ calamitates, ipsum securè promissionem de semine be-
nedicto negligeturum & spem venturæ vitæ æternæ penitus ob-
livioni traditurum. Ideo DEUS dixit: Ne mittat manu suam
& sumat etiam &c. Ubi notat B. WALTHERUS in Spongia Mosaica p.
275. Qvod in vocula ETIAM emphasis sit, quasi Dicat: Antea quoq;
prohibui arborem scientie boni & mali, sed Adamus non potuit
obtemperare. Utcunq; ergo nunc severè probiberem ne comedederet
de arbore vite, nibil tamen proficerem. Et quid prodebet Adamo, si
maxime per hanc arborem vitam suam in infinitum produceret.

5.

Et tamen quotidie novâ in obedientia iram meam provocaret? Consultissimum ita ḡ est, ut ex Paradiſo dimittatur Et ab arbore vite arceatur, qvō suo tempore peccato moriens per mortem in vitam eternam, Et vere beatam traducatur. Vult igitur Deus hominem contentum esse promissione melioris vitæ, qvā ea fuit, in qvā fuerat creatus, D. LUTHERUS recte inquit. Hinc RUPERTUS TUITIENSIS benè dixit: Si adam mansisset in horto Et de arbore vite p̄st Lapsum comedisset, simili Diabolo factus fuisset, q̄ si felicitatem perdidit, eternitatem non amisit, ut ejus infelicitas sit eterna & infelix eternitas. Qvara DRACONTIUS in Hexaēm. v. 370.

Pœna mori crudelis erat; Sed vivere pejus,
Et vita mors metra datur, cum fine malorum.

Magna Dei pietas, semper qvi temperat iras.

XIV. Ut adeò prorsus supervacaneum sit inquirere hodiè in istam arborem, qvā nam illa sit, & si vel centies inveniretur, nobis non salutaris, sed potius noxia est. Qvamvis nondum audiverimus qvendam, qvi de eâ comederit, & sic æternum vixerit. Adhac plurimorum sententia est, unam tantum fuisse arborem vitæ, non verò integrum congeriem arborum vitæ in Paradiſo collocatam fuisse, qvod qvidam volunt, ubi videre est apud WIGANDUM & Judicem in Syntagm. Theolog. Nam non puto necessariam fuisse tantam congeriem, cum in multa secula illam unicam perennem Deus servare potuisset, usq; dum Paradiſi incolæ ex vita animali in spiritualem translati stiissent.

Rectissime g. MAGNIFICUS Dominus D. CALOVIUS Tomo V. System articul. 2. Cap. I. qv. 6. p. 146. Malumus g. arborem illam prohibitam planè fuisse singularem ab aliis prorsus diversam, nec amplius in rerum natura esse, qnemadmodum m. arbor vite planè diversa species, eademq; monadica fuit, illaq; dua arbores nupsiam alibi; qvā in Paradiſo plantata, aut inventa fuere, accum illo simul interiero. Sunt eqvidem qvibus persuaderi hoc haud potest, qvod una tantum extiterit arbor, qvōmodo enim si humanum genus fuisse multiplicatum, omnes de eâ participare potuissent? Verūm hoc Deo impossibile

bile non fuisset, qvomodo enim de ejus Antitypo Christo Iesu,
cui nemo secundus, qviq; est cibus Eucharisticus, omnes co-
medere possunt. De qvo elegantes Veterum Rhytmie extant
seqventes:

*Sumit unus, sumunt mille,
Quantum nisi, tantum ille,
Nec sumptus absimitur.*

XV. Cum itaq; ex hac tenus dictis arbor ista vitæ nobis
non amplius præstò sit, mihi sit arbor vitæ Christus, cuius fru-
ctu dulciores sunt omni nectare & Ambrosia, imò dicto & cogita-
tione, hos mihi si carpere, si gustare liceat, facilè vanis
fua vana relinquo.

TANTUM.

••••• ••••• ••••• !••••• !••••• !•••••
Pulpita Doctorum, doctis discursibus imples:
Pulchrè certantem pulchra corona manet.

MICHAEL WALTHERUS, P.P.
& h.t Decanus.

••••• ••••• ••••• ?••••• ?••••• ?••••
Arbor quæ vitæ fuerit disquiris acutè,
Qvo capias fructus corde favente precor.

Sic Clarè docto Domino Respondenti, Philo-
phiæ Candidato dignissimo
festinus applaudere voluit
M. HIERONYMUS BOCCIUSS, Erff.Fac.Phil.Adj.
hujus Disputationis PRÆSES.

Die

Sie Biene pfleget nicht vergebens aufzusaugen
Bey angenehmer Luft der Blumen süßen Saft;
Man siehts/ wie sie uns dadurch viel Nutzen schaffe:
So muß der siete Fleiß im ganzen Leben taugen/
Den man hat angewandt in seinen jungen Jahren.

Dass Er mein Wehrter Freund / von Seiner Kindheit an
Durch ungesparten Fleiß gesucht der Tugend Bahn
Das läßt Er seckund die kluge Welt erfahren/
In dem Er wohl bedacht hat wollen sich erkühnen/
Zu halten ein Gespräch vom sonderbahren Baum
Des Lebens. Ihm gebührt ein angenehmer Raum
Bey der Gelehrten Schaar. Sein Nahme wird stets grünen.

Dieses schrieb dem Hn. Respon-
dентen zum Freundwilligen an-
dencken

Johann Wegener/
Wittenbergensis.

Mas Er bisher durch Fleiß/mit schreiben / hören/lesen/
Die Zeit / die Er alhier in Wittenberg gewesen/
Zuwege sich gebracht/ zeiat Er icht öffentlich /
Da benn der Weisen Schaar Er läßt hören sich.
Ich Wünsche Glück darzu : der Himmel gebe Seegen/
Dass Er vergebens nicht darf solche Müh anlegen:
Dass Ihn nach Seinem Fleiß/den Er gewendet an/
Der schöne Tugendlohn gar bald erfreuen kan.

Dem Herrn Respondenten / als
seinem werthen Freunde und
Landes. Mann zu Ehren schrieb
es

George Ernst von Tschirnhaus.
Se

SO recht! mein werther Freund! durch lehiges Beginnen
Bezeigt Er öffentlich/was Seine kluge Sinnen
Vor Wiz und vor Verstand bisher genommen ein/
Weil sich Sein Geist nicht scheut zu sehn des Uchtes Scheln.
Dreimh ist Er recht bemüht der klugen Welt zu zeigen,
Den edlen Lebens-Baum sampt dessen schönen Zweigen/
Was er gewesen sey/und Wo des Schöpfers Hand
Denselben hingesezt macht Er zu gleich bekandt.
Gott lasse dessen Fleiß gewünschten Nutz erlangen/
Er segne dessen Thun darmit Er kan empfangen
Den Ruhm der Ihm gebührt. Mich deucht ich sehe schon
Vor angewandte Müh/den Lorbeer-Kranz zu Lohn.
Mit diesen schlechten Zeilen hat Selsnem
hochwertesten Hn. Landsmann und der
Weltweisheit wiedlastem Candidato,
als Er von des Seel. Hn. D. Lutheri Ca-
thedral rühmlichst disputirte/Glückwün-
schend zuessen wollen
J. G. Dolansky. Z.L.

Ezt da kein Baum mehr blüht
Da grünst dein Fleiß/mein Freund/ und loblches Beginnen/
Denn deine Schrifft/die man hier sieht
Die wärds ausführlich zeigen können
Was dein geübter Sinn gehan/
Und warrlich dieses ist zuloben
Wenn man die Zeit so leget an
Wer wolten nun hierzu nicht Glücke sagen
Und seinen treyen Wunsch befragen.

Jo. Henr. Kangiesser/Z.L.



05 A 892

ULB Halle

003 768 635

3



VOR



Farbkarte #13

B.I.G.


Black
White
3/Color

Magenta
Red

Yellow
Green

Cyan

Blue



Θεω!



e.



R VITÆ,

9. & III. 22.

RÆSIDIO

IRI

clarissimi atq; Doctissimi

ONYMI BOCCII,

Philos. Adjunct.

issimi,

q; suorum Promotoris

ximi

ab

RESPONDENTE

LORGIO Englern j

Lusat.

delineata


orum ventilationi

missa

rio Majori,

anno MDC LXXIX.

meridian.



BERGÆ,

NIS WILCKII.

XXXVII